UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Alii libri & indices de statu, bonis iuribusque ecclesiasticis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Visual Library

Monaſteriorum Monialium ſubiecta-rum Archiepiſcopo iure ordinario.
Monaſteriorum Monialium ſubiecta-rum Archiepiſcopo, etiam vti delegato Apoſtolico.
Monaſteriorum Monialium ſubiecta-rum Regularibus.
Ponantur ordine Congregationum.
Domuum piarum fœminarum.
Hoſpitalium Peregrinorum.
Hoſpitalium infirmorum, vel alterius generis variorum.
Societatum eiuſdem titu. Regularium variis locis; vt putà: Corporis Chriſti.
Doctrinæ Chriſtianæ.
Charitatis.
Diſciplinatorum.
Conceptionis Beatæ Mariæ.
Pœnitentiæ.
Virginum Sanctæ Vrſulæ.
Viduarum Sanctæ Annæ.
Sancti Mauritii.
Societatum aliarum variarum.
Locorum piorum variorum.
Eleemoſinarum Vicinantiarum.
Fabricarum Eccleſiarum.
Tabellam etiam ordinis, quo inter ſe præcedunt ſingulæ Collegiatæ eccleſiæ ſæculares vel regulares; tum etiam parochiæ, plebes, portæve; tum denique confratriæ, & ſcholæ variæ, ſiue ordine antiquitatis, ſiue ex priuilegio, & inſignitate, ſiue ex vſu: notet etiam vbi ſit in hoc aliqua controuerſia.
Librum etiam Indicem Beneficiorum Diœceſis.
In eo ſcribat ordine Metropolitanæ eccleſiæ, Portarum ſeu Regionum Vrbis, & Plebium Diœceſis, & ſuarum Parochialium vt ſupra, beneficia omnia, & ſingula titulata totius Diœceſis, explicato titulo Beneficii, ac ſummatim redditu; tum etiam nomine poſſeſſoris, vel eius per quē vltimo vacarunt, ſi vacent.
Librum etiam Indicem inſcriptum: liber Eccleſiarum, & Altarium. In eo deſcribat ordine ſuo, ſcilicet Metropolitanæ Eccleſię, Portarum ſeu Regionum Vrbis, ac Plebium Diœceſis, & ſingularum Parochialium vt ſupra, omnes & ſingulas Capellas, & Oratoria totius Diœceſis, etiam ſi Regularium ſint, vel locorum piorum, cum ſuis Altaribus, & titulis deſcribendo vno verbo, ſi conſecrata ſint.
Indicem eccleſiarum conſecratarum.
Indicem eccleſiarum quæ conſecrandæ ſunt.
Indicem Oratoriorum.
Altarium conſecratorum.
Altarium non conſecratorum.
Altarium, quæ omninò ex Decreto Prouinciali conſecranda ſint.
Ij ſinguli Indices, tum à libro ſtatus, tum inter ſe ſeparatis libris, quinterniſve conſcripti ſint.
Iis tamen ſingulis adſcribatur numerus foliorum loci; vbi in libris ſtatus Eccleſiarum adſcriptio plena eius rei indice ſignificatæ facta eſt.

Alii libri & indices de ſtatu, bonis iuribusque eccleſiaſticis.

HAbeat totidem libros, eodem ordine quo libros ſtatus bonorum & iurium eccleſiarum, altarium, & piorum locorum deſcribi iuſſum eſt; quibus deſcribantur, quæcunque ad ſtatum, bona, & iura eccleſiaſtica pertinent; ſed eiuſmodi ſint, vt in dies mutentur; vtputa, vacationes, prouiſiones, omnium legatorum piorum executiones & omiſſiones, lites, diſpoſitiones fructuum vacantium, deputationes depoſitariorum, ordinationes materiales, prorogationes terminorum ſuper his, applicationes mulctarum, ſequeſtra cum expreſſione cauſæ, & relaxationes cum expreſſione cautionis datæ, vel ſolutionis factæ; & alia eiuſmodi.
Habeat etiam Indicem omnium Cautionum datarum, cum expreſſione ſummæ, & cauſæ, & perſonæ, & diei, & folii libri inſtrumentorum, ſiue actorum, in quo extenſum eſt inſtrumentum cautionis; ſicque in alphabetico ordine nomen eius, pro quo data eſt cautio.
Indicem caſſationum earundem cautionum, eodem modo vt ſupra.
Filciam reductionum Miſſarum, quæ poſtulantur in dies.

Itidem de anniuerſarijs officijs, quæ reduci poſtulant.

De